

te rarissimus, nullum tamen breue temporis momentum est, quod non aliquid vitæ detrahatur, hec ipsæ nos horæ, quas inter cæcas voluptates agimus, ad mortem rapiunt ridentes, ad lachrymabilem exitum festinamus, præcipites agimur, nec sentimus, ideoque impropositi corripimus, & repentium casum ducimus, quem ab ipso lucis lumine, quæ cernimus vniuersa prænunciant, Irrequietus enim cœli motus, nihil in hoc ambitu linquit immotum. Nihil manet eorum etiam, quæ solidissima iudicantur, nec opera tantum hominum, sed naturæ alternantur & interreunt, Corruunt rupes, tumescunt valles, alta iuga montium campis æquabuntur, auertetur flumina, & nouos alueos querent, alia arescent, alia ex terræ visceribus crumpent: hic se artabit, hic laxabit pelagus, nec diu littorum species eadem erit, Piscator veniet in aratoris fines, & quæ nunc pupibus ac remis quatitur, aratro sulcanda Regio est. Hæc fiunt semel, & facta sunt, omnia secum tempus trahit, omnia absorbet, omnia circumvoluit & miscet, nihil stare permittit: Et magna mutantur & minima: Calamus hic, dum si percurreret, ter mutatus, ter mihi fer-